



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi macula[m] timoris inordinati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA.

in hac operum, ob diuinum amo-
rem, exercitatione, ad eò immota &
constans persistere debebit, vt eti-
amsi Deus, posteaquam omnia to-
tius mundi pio ac præclara opera,
peregisset, eam inferno, omnibusq;
atrocissimis quos mens excogitare
posset cruciatibus addicere, ac tali
ipsam præmio remunerare veller,
ne minimam quidem bonam actio-
nem propterea omitteret, imò si vi-
res ad maiora suppeterent, plura fa-
ceret. Hęc est vera proficiendi semi-
ta, & via ad flagrantissimum amo-
rem pertingendi illius Dei, qui effu-
sissimè nos diligit, & immenso no-
stri amore æstuat, cuius amore om-
nia operari debemus; Anima quæ in
talibus cogitationibus se exercet, &
ad finem vsque persistit, (fidem ad-
hibeat mihi) breui tempore ad al-
tissimum perfectionis statum per-
ueniet.

*Modus eluendi maculam timoris pœ-
narum inferni.*

TRES sunt aquæ quibus munda-
tur

D 2

tur

Aqua ad

elucendam
timoris ma-
culam.
Matth. 10.

Aqua se-
cunda

Aqua ter-
tia

76^o SPECVLVM ANIMAE

tur hæc macula. Quarum PRIMA
scaturit de ore Christi dicentis: Ne-
lite timere eos qui corpus occidunt, animi
autem non possunt occidere: timete autem
eum, qui postquam occiderit, habet pote-
statem mittendi in gehennam. Quibus
verbis nos admonet, ne aliud quic-
quam timeamus præter ipsum. Ita-
que si iussis eius & admonitionibus
morem geramus, omnem timorem
alienum, præterquam ipsius, facile
sustulerimus: neque enim ait ut ig-
nem æternum formidemus, sed
eum qui nos in hunc ignem præci-
pites dare potest, metuamus.

SECUNDA aqua est: Mente re-
uoluere, quàm arcta obligatione
Deo creatori nostro, qui nos tam
multis decorauit, & decorare non
cessat beneficijs, deuincti simus, at-
que idcirco iustum ac debitum esse,
ut illi soli obtemperemus, illum ti-
meamus, illum amemus.

TERTIA aqua est: Secum ex-
pendere, insignem illam clemen-
tiam, qua Deus erga nos usus est, ducit
nos à vitæ prauitate ad morum cor-
rectionem

rectionem excitavit, cum sine gratiæ illius auxilio, nostrâ tantum subnixi virtute, nullo pacto resurgere, atque è sordibus peccatorum emergere, potuissent. Hæc consideratio sola sufficiens esse posset, ut peccatoris animum diuino amore succenderet, adeoque inflammaret, ut omni timore pœnarum abiectio ipsum solum feruentissimè diligeret: Quemadmodum in Maria Magdalena, S. Paulo, S. Matthæo, Dauide, alijsque innumeris accidit: qui maximam momento temporis vitæ mutationem fecerunt. Utinam Deus per intercessionem & merita horum, & omnium Sanctorum, atque Angelorum cœlestis paradysi, particulariter autem specialium meorum S. Pauli, & S. Mariæ Magdalena: Beatissimæ virginis **MARIAE** Matris meæ: & **IESU** Christi Patris mei, & propter viscera sanctæ misericordiæ suæ nos ad supremum huius amoris apicem & gustum prouehere, & omnem à nobis timorem inutilem expellere dignetur.

*S. Paulus
& Maria
Magdalena
quomodo
br. uis
mo r. m
por. s. s.
tio un.
rati suc-
runt.*